BREVIARIUM DIOECESIS STRIGONIENSIS
Gran, um 1423/1439 Seite 50r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



meo : et sicut luna perfecta in
eternum et testis in celo fidelis
Tu vero repulisti et despe
xisti · distulisti xpm tuum
Avertisti testamentum
servi tui · profanasti in terra
sanctuarium eius Destruxisti
omnes sepes eius : posuisti
firmamentum eius formidi
nem Diripuerunt eum omnes
transeuntes viam : factus est
obprobrium vicinis suis Ex
altasti dexteram deprimentium
eum · letificasti omnes inimicos
eius Avertisti adiutorium
gladii eius · et non es auxilia
tus ei in bello Destruxisti
eum ab emundatione : et sedem
eius in terra collisisti Mino
rasti dies temporis eius · perfu
disti eum confusione Usque
quo domine avertis in finem ex
ardescet sicut ignis ira tua
Memorare que mea sub
stantia : numquid enim vane con
stituisti omnes filios hominum
Quis est homo qui vivet
et non videbit mortem · eruet
animam suam de manu inferi
Ubi sunt misericordie tue an
tique domine · sicut iurasti david

in veritate tua Memor
esto domine obprobrii servorum
tuorum · quod continui in sinu
meo multarum gentium Quod
exprobraverunt inimici tui
domine : quod exprobraverunt
commutationem xpi tui Be
nedictus dominus in eternum
: fiat fiat Domine refugium ut
Qui habitat ps david
in adiutorio altissi
mi · in protectione dei celi com
morabitur Dicet domino suscep
tor meus es tu et refugium meum
deus meus sperabo in eum Quoniam
ipse liberavit me de laqueo ve
nancium : et a verbo aspero Sca
pulis suis obumbrabit tibi
: et sub pennis eius sperabis
Scuto circumdabit te veri
tas eius · non timebis a ti
more nocturno A sagitta
volante in die a negocio per
ambulante in tenebris · ab
incursu et demonio meridia
no Cadent a latere tuo mil
le et decem milia a dextris tuis
: ad te autem non appropinquabit
Verumptamen oculis tuis consi
derabis · et retributionem peccatorum
videbis Quoniam tu es domine spes